

centesimo septuagesimo versa ha-  
bente locum. Vir sapiens cernit  
bona querens pessima spernit. Mem  
et quod legitur expectantes. Si par-  
vus parvis grandis donaberis arcis.

In reversione vero non pro victo-  
ria sed pro victoria dico cum non  
debeat dici victoria cum tibi subditis  
agere vel contendere sed potius ca-  
stigatio. Incepta est guerra cum  
castello quod feghine dicitur quod  
cum esset penitus inexpugnabile  
vacillabat iram civitatis emendo  
demum cum damno paruit undique  
devastatum morte dimissa quoniam  
vita florentini erat utilior. nec  
resistere potest sub dominio vi-  
vens et mortis et vite ipsorum  
plenissima potestate.

Annis paucis lapsis cum senescentes  
vellent tibi subicere terras nullo  
iure ad se pertinentes venerant  
domini de asiano aretini episco-  
patu petentes se velle subicere